Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



73

et dimidiæ tribui manasse. cum qua ruben
et gad possederunt terram quam tradidit eis
moyses famulus dni trans fluenta iordanis.
ad orientalem plagam abarim. quæ sita est
in ripa torrentis arnon. et in uallis medio.
uniuersæq; campestria medabam. usq; dibon.
et cunctas ciuitates seon regis amorrei. qui
regnauit in esebon. usq; ad terminos filiorum
ammon. et galaad. ac terminum gessuri. et ma
chum. omnemq; montem hermon. et uniuersa
basan. usq; salecha. et omne regnum og in ba
san. qui regnauit in astaroth. edrai. ipse fu
it de reliquiis raphaym. percussit eos moyses.
atq; deleuit. Noluerunt; dispdere filii israel
gessuri et machuri. sed habitauerunt in me
dio israhel. usq; in præsentem diem. Tribui autem
leui non dedit possessionem. sed sacrificia et uic
time dni dei israel ipsa est hereditas eius. sicut

Q locutus est illis.

Vox iam senii canitur esse salomon
præstat. per senectutem iosue et per ætatem eius pueritia. mundo reuelata filii dei ma
iestas designatur: Dicit dnus ad eum. cum dns pater per emissum de celis spm. mundo in
carnationis eius reuelat mysterium. dans illi
nomen quod est super omne nomen. ut in no
mine ihu omne genu flectat. celestium.
terrestrium. et infernorum. Senuisti. qui tua
resurrectione et ascensione. mundo. ange
lis. et hominibus spectabilis esse cepisti. Longe
uus es. qui in celo et in terra. per accepta a me
potestate pmines. Terra latissima et dere
licta. quia uetus ac nouum testamentum scptura.
nullo adhuc expositore uomere est inculta.
Quæ nec diu est sorte diuisa. quæ nec diu mul
tiplici expositore sacramento uestitata. Unde
angelus loquitur daniheli. Pertransibunt plu
rimi. et multiplex erit scientia. Omnis inde
licet galilea philistiim. et uniuersa gessuri. Per
galileam quæ facta est transmigratio dicit: nouum testa
mentum colonia intelligitur. inqua de circumcisi
one ad baptismum. de sabbo ad diem dominicum. de
sacrificiis thauros et hircos transmigratur. ad
dnica corpis et sanguinis sacramentum. Et philistiim
qui pontone cadentes. uel ruina ppli interpretantur.
seos aplos septa designantur. qui pontone sei spe
cadentes ab omni delectatione seculi. pdicatione sei
euglii opantur salutifera ruina credentium ppli.
De qua ruina symeon. ppheta. cum xpm in ruina
et resurrectione multos in israel uenisse. pnuntiat.
Et uniuersam gessurim. quæ iuxta lumen meum dicit:
uetus testamentum series expmitur. quæ diuine cogni
tioni iungitur. A fluuio turbido qui irrigat
egyptum. usq; ad terminos accaron contra aquilonem.
Fluuius turbidus. est. ypocrita tartus. profundis my
steriorum scrab. aspicientium arcens intuitus. Unde
psalmista dicit. Tenebrosa aqua in nubibus aeris.
Qui egyptum irrigat. quæ tribulatio coangustans
sonat. dum incarnationis uel passionis dnicæ my
steria sub obscura littera explicat. Usq; ad termi
nos accaron. quæ erudito tristitiæ dicitur. per
quam euglii doctrina exprimitur. in quo salua
tor discipulis loquitur: Amen amen dico uobis. quia
plorabitis et flebitis uos. Contra aquilonem. contra
pplm de gentib credentes. quæ aquilo ille frigidus
possederat. qui se olim in celo sede sua ad aquilo
nem posituum iactauerat. Omnis enim ppheta
ad pplm gentium dirigit. qui per pdicationem
euglii a potestate diabolii eripitur. Terra cha
naan quæ in quinq; regulos philistiim diui
ditur: galeos et alotos. ascalonitas. gabeos
et accaronitas. Et terram chanaan qui mo
tus eorum. uel negotiatorum. ut humilis dicitur:
ordo siquidem ecclesiæ exprimitur. qui motus in